



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 633. Usque Ad Annum 726

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1760

VD18 90117840

§. 2. Alcoranus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66082](#)

§. II.

Sæculum VII
A. C. 633.

Alcoranus.

Mahometes Doctrinam, quam suis Discipulis tradebat, sensim conscribi jubebat, eamque nomine communi *Al-coran*, id est, Lectionem, dicebat, seu ut nos loqui solemus, Scripturam. Hanc mentiebatur sibi de Cælo afferri ab Angelo Gabriele, quocum sibi frequentissima colloquia esse fingebat. *Theoph. an.* *Heract.* *21.* *Imop. 277.*

ab Angelo Gabriele, quocum sibi frequentissima colloquia esse fingebat. *Theoph. an.* *Heract.* *21.* *Imop. 277.*

morbo comitiali laborasse, & ut uxorem, quam tanta calamitas affligebat, consolaretur, dixisse fertur, quod ipsa paroxismum putabat, Extasim esse, qua durante sibi Angelus loqueretur. Alcorani sermones argumentis, ordine, & nexu carent; at non sine consilio scripti sunt. Illo enim collineant, ut confictæ Missioni Mahometis Auctoritatem concilient, dum falsus hic Propheta audacia incredibili affirmat, se ex Dei mandato loqui, atque refert exempla Moysis, ceterorum Prophetarum & ipsius IESU Christi, qui semper homines sibi adversantes experti essent. Narrat plurimas Historias veteris novique Testamenti, sed ferme omnes corruptas, & immixtis fabulis. Non nunquam crassam ignorantiam suam prodit, præsertim in illo loco, ubi Mariam Moysis Sororem cum Maria Virgine confundit. Affert inter-

A 4

dura

8 HISTOR.ECCLESIAST. LIB. XXXVIII.

Sæculum VIIIdum manifeste inter se contraria, & jam
A. C. 633. dicta ad nauseam usque repetit. Nihil
ominus interponit præcepta moralia,
præscribit Religionis Cæremonias, aut
quasdam Leges in vitæ commercio ob-
servandas. Sed ubique rerum ordo de-
sideratur. Interdum suam ipse Apolo-
giam texit, & ad ea, quæ sibi objicie-
bantur, respondere conatur. Jam adni-
titur erigere animos suorum, quos illata
ab hostibus clades, aut aliis tristis casus
affixerat. Ubique autem locos com-
munes Oratorum de Majestate Dei, de
eiusdem Potentia, Bonitate, de ingrata
hominum mente, de pœnis & prœmiis
alterius vitæ adhibet, & quantum pot-
est stilo tumenti, & figurato sublimem
eloquentiam Sanctorum Prophetarum
imitari affectat.

§. III.

Arabes.

Nec Mahometis Doctrina, nec Ritus,
quos observandos proponebat, ple-
risque Arabum ignoti erant; nam, quam-
vis magnus esset inter ipsos Idololatra-
rum numerus, multi tamen etiam Ju-
dæi & Christiani in Arabia versabantur.
Christiani ut plurimum in extremis A-
rabiæ partibus, quæ Syriam & Persiam
spectant, habitabant; nihilominus in
medio, & Provincia Nageranensi Eccle-
sia